



D. GEORG. CHRISTOPH. PETRI

ab Hartenfels/

1154

CONSILIARI ET ARCHIATRI MO-  
GUNTINI &c. &c.

# ELEPHANTOGRA- PHIA CURIOSA.

EDITIO ALIQUA AUCTION ET EMENDATIO COM MULTIS FIGURIS AENEIS,  
CUI ACCESSIT

EJUSDEM AUCTO-  
RIS ORATIO PANEGYRICA DE ELE-  
PHANTIS, PUBLICE IN ACTU DOCTORALI  
ERFORDIÆ HABITA;  
NEC NON

JUSTI LIPSII EPISTOLA DE  
EODEM ARGUMENTO ERUDITE  
CONSCRIPTA:

IN FINE ADJECTUS EST INDEX RERUM NO-  
TABILIUM LOCUPLETISSIMUS.

LIPSIAE & ERFORDIAE,

Typis & impensis JOH. MICH. FUNKII,  
M DCC XXIII.



ex Sacra Scriptura, quæ dicit Hiob. 40. 2. 10. in oculis ejus quasi homo capiet eum, & in funibus perforabit nares ejus, hoc est: etsi hæc bestia est vastissima, nihilominus tamen DEUS eam mansuefecit, & hominis imperio subdidit: 2. quod capti Elephantum citissime cicurantur. Vid. W. Frantzii *Histor. an. part. 1. c. 4. p. 25.* Quando autem in furorẽ aguntur, quod interdum contingere solet, non sine periculo cum Elephantis conversantur illi, qui stipem eis porrigunt: inde natum est proverbium: Elephantum stipem porrigere, id est rem periculosam

aggredi: ad quod alludit Georg. Braun. in *Civitat. Orbis Terrarum tom. 1. de subditis Regis Calecutensis* ita scribens: ad Regem propius quis non accedit, quam ad tres vel quatuor passus: cum verò aliquid porrigunt, ac si stipem darent Elephantò, ab ipsis tremebundis id ramò porrigitur, quoniam Regem tangere apud eos nefas dicitur, & capitale est.

Anteriore corporis parte Mares, posteriore verò femellas robustiores esse Aristoteles scribit *l. 4. H. A. c. 10.*


## PARTIS I. CAPUT XVI.

### Elephantum Antipathiam atque Hostes enumerat.

Quemadmodum nihil est ab omni parte beatum, atque omne animal suas patitur inanes suosque habet adversarios: ita etiam cum Elephantum, ut in a. 1. 1. & formidabili bruto comparatum est: si quidem subinde suos habet Antagonistas, ut taceam venatores ipsi insidiantes: nam secundum Lucanum, nec tutus spatium est Elephas, id est, magnitudine & vastitate corporis: & secundum illum sarcasum Imperatori Maximino olim in ludo scenico objectum, referente Matth. Dressero in *Isagog. Histor. p. 372.* verum est: qui ab uno non potest occidi, occiditur à multis: Elephas

grandis est, & occiditur: Leo fortis est, & occiditur: Tigris crudelis est, & occiditur: Cavè multos, si singulos non times. Inimicitias enim alit cum Rhinocerote, leonibus, tigridibus, arietibus, porcis, serpentibus, muribus & draconibus: cum aliis etiam rebus singularem habet antipathiam, præsertim cum quibusdam coloribus & igne.

Timere naturali ductu Hominem supra ex Plinio diximus: imprimis valde formidat insidias hominis, quando catulos habet: Vid. W. Frantz. *Histor. an. p. 1. c. 4.* Elephas fertur vestigiò hominis animadverso prius quam homine, con-



temerere infidiarum metu, subsistere ac olfaciendo circumspicere, (hostem enim suum olfactu animadvertere dicitur) nas proflare, nec cepitum an quo vestigium observatum, pedibus calcare, sed erutum proximo tradere, alimosequenti donec adolans perveniat. Et tunc agmen cum simulatur, ac si que dirigitur, adeo odoratum omnes illud vras, unde eam quidem pedum, ut scribit Plinius *H. N. l. 8. c. 10.*

Intercipiunt hostes, prima occupat subellia Rhinoceros, qui secundum Martialem nunquam victus, ab hoste reus, de quo Plinius *H. N. l. 8. c. 10.* ita scribit, in India Pompei Magni fuit, est Rhinoceros, ante hoc natus, hunc hostem Elephanto, cepit ad solam duntaxat preparat se pugna, in dimicatione, cum maxime potens, quam se esse molliorem, eaque perossitate operat Elephantam: longitudo ei par, crura longe breviora, colorem buxeus, reperitur in provincia Suchuen, juxta oppidum Po dicitur hoc animal, ut & alijs locis, gentique internecinum, dissidium cum Elephanto, maximasque inimicitias, qua de re H. Cardanus *lib. 1. c. 10.* ita scribit: Hic est Indicus, capris corpus habens Elephanti simile, magnitudine, crura breviora, colorem buxeum: totus testis quibusdam in modum clypei armatus est. Natura: in naris extremo juxta nominis sui significatum, cornu gerit palmi longitudine & paulo majus, durissimum, firmisimum, rectum, atque praeacutum, sed quod

versus frontem torquetur, quodque pugnaturus in saxo exacuit: sunt & quidam ex his, qui aliud exiguam cornu habent in tergo.

Referunt Anno Salutis 1513, delatum animum ad Lusitaniz Regem cardinis Marti, quem Rex post biennium Ulyssipon, in spectaculo cum Elephanto pugnam exhibuit populo, in quo certamine, vicit Rhinoceros: adeo nihil natura voluit omnino ab incommotis esse tutum, nam Elephantum hic solus exagitat: dicunt quidam & serpentem: sed societas Elephantum reddit ab utroque tutum, nec periculo subiacet. Nihil enim causa aliqua a grege suo disjungitur, Rhinocerotem Pausanias, cum agnovit, & Plinius, non tamen Anthonius, & Lactentius, Cardanus, & Daplanus, & Ctes, in senecio Hispaniz scribit: Certaminis unius Elephanti cum Rhinocero interfui: spectaculum erat admiratione dignum, in quo Elephas succubuit, Jovius vero in elogio Trifani Acunii sic scribit: ferunt, Rhinocerotem, cum ab Oceano Ulyssiponensi in portu exponeretur, aspectu atque odore suo Elephantum, qui tum erat in Regia, usque adeo truculenter terruisse, ut Elephas, natura miraculo precipui sui hostis concepto incredibili pavore, septum suum cavez ferreis ingentibus clathris munitum humerorum & capitis precipiti impulsu perfrangerit, & in longam se proripiens fugam, terribili- que barritu edito stridens & furens cuncta obvia prostraverit.

Q

Rhino-



Rhinocerotem non visum in Italia multis jam seculis animal. Romam sup. tempore devectum scribit Job. Petrus Maffejus *Histor. Indic. l. 5.* ut cum Elephanto commissus, quod cum implacabiles gerit inimicitias, vetens magnificentia spectaculum populo Romano repraesentaret: sed qui ab ultimis terrarum terminis in Europam in eolumis venerat, ad Ligusticam demum ora scopulos, facta naufragio cum impeditus catenis enatare non potest exoptata plebem urbanam oblectatione privavit.

Nullum hoc animal ante bellum inde exeditur, nisi quod Elephas Rhinocerotem pasqua praecipiat: itaque obviam sibi facit, se invicem aggrediuntur accipiti pugna. Rhinoceros dura pelle quasi lorica armatus, capite inclinato suo acutissimo cornu Elephanti abdomen perit, eumque sic lethalliter vulneratam superat: interdum autem Elephas Rhinocerotem proboscide comprehendit strangulat, & prostrat, & suisque cornibus vulgo dentibus interimis, quamvis enim pellis Rhinocerotis ea sit firmitate, ut zgra jaculo penetrari queat, tamen tam violentus est Elephanti impetus, ut eam penetret & conficiat. *Aelianus l. c.*

Hanc pugnam eleganter describit Guilielmus Salustius hebdomados *l. 6.* in encomio Elephanti:

Ar non vis animi solers, non ossa, nec  
 alti  
 Membresum nodi vastis obstrere pos-  
 sunt

Fraudibus, & cauti subitis insulcibus  
 hostis:  
 Hostis Rhinoceros, cui nunquam cetera  
 ministrat  
 Arma furor, nec signa movet, quin ante  
 minacem  
 Exacuet narem scopulis obnixus acutis:  
 Nec tum vana, ferox tergum impene-  
 trabile tentat-  
 Ictibus, at mollem telli qua pervius ictus  
 Sortitur sub ventre cutem, dein vulnere  
 scivit.

Constat experientia teste, Rhinocerotem, licet longitudine Elephanto pene par sit, cruribus tamen multo brevioribus, natura armis offensivis & defensivis esse robustissimam belluam, sicut in spectaculis Romanis apparuit: imprimis in Domitiani nummis ejus forma impressa conspicitur, eo quod in theatrum populo Romano eam induxit, qua de re Martialis ita:

Præstitit exhibitus tota tibi Caesar arena  
 Quid non praemisit praelia Rhinoceros  
 O quam terribiles exarsit pronus in iras,  
 Quantus erat cornu, ceu pila taurus  
 erat.

Et alibi:

Sollicitant pavidi dum Rhinoceros  
 Magistri,  
 Seque diu magna colligit ira feræ:  
 Namque gravem duro cornu sic extulit  
 Ursum,  
 Jactat ut impositas, taurus in astra  
 pilas.

Rhinoceroles omnes mares esse Oppianus scribit, nec unquam faemam conspicit, ideoque fatetur, se ignorare, unde orientur: ast diversò & ab aliorum animalium distincto,

sancto generationis modo illum generari haut credibile est.

Similiter cum Monocerotem in arenam dei eundem credunt Elephas animalis majus existantiam multiloquium verant, non patet autem hoc esse tantum inter quo Gargaz ab hoc forte in Africa dicitur. *Varro* de re rustica *l. 2.* Varro fide dignus, indit, accepti, inter promontoria bona spei & aliud promontorio quo vulgo de Currentes nuncupatur, videlle se affirmabant ferretur quoddam animalis genus, licet mari etiam delectentur, quod caput & iugam equi habeant, quippe tamen marium fuisse, con- fity prædium dicit, pando loquendo mobile, quod quædam in dextram manu in sinistra convergent, modo illud animal, modo demum in animal, ut quædam cum Elephanto ferretur præbat, usque coeque adyctus, venena, laudari, cum bifloribus seu bobus sylvestribus & Ursis etiam laque dimicare Elephantiam *Korerus* scribit.

Ad idem cum serpentibus certamen Elephantis esse, ex variis Scrip- toribus tradit Hieroglyph. *l. 2.* Angues in Ethiopia Elephantos profligare, profligatosque dilaniare scribit *Diodorus Siculus l. 8. c. 37.* idem *l. 2.* refert, in desertis locis serpentes, quæ cum Elephantis propter aquas pugnant, magnitudine numeroque admirabiles esse, complicant enim in corpus assurgentes annexique viribus Elephantorum cæura, connectuntque pluribus spi-

ris adeo arcte summæque vi, ut spumantes bestias ad casum compellant: tum concursu factis bestias natura graves nec facile mobiles depascuntur: omittis tandem Elephantis ad assuetos revertuntur passis dicunt, hos serpentes fuisse loca impedita habitare autem inter longas convales in altis speluncis, nec facile assuetos deserere locos, natura, quod cuique ad tutelam conferat, singulari animantia docent. Elephantos ad portum venientes, ut *Plinius* ex *Strabone* *Schoso* tradit, in Gange fluviò Indæ, vermes brachiis binis longissimi corde, qui nomen, inquit, a facie traserunt, mordicus comprehendens, manu eorum abstrahunt.

Apud *Hæliodorus* & *Antipodes* Leones Elephantorum carnos aggrediuntur, quos cum vulnerant, matribus supervenientibus aufugunt, maxime enim timent Elephantos, præsertim irritatos & agminatim congregatos. Vid. *Jonston. Hist. natural. quadruped. p. m. 32.* Tigridem in caput Elephanti insilire, facillèque eundem suffocare, *Arrianus* auctor est: Tigridis cum tribus Elephantis pugnam abhinc paucis annis exhibuit *Rex Siamensis* *Le-gato Regis Gallie*, in qua una Tigris cum tribus Elephantis acerrime dimicavit, proboscidem verò & cornuum robore tandem superata victoriam hostibus cessit. Canes Elephantos lacerare tradit *Plinius H. N. l. 8. c. 40.* *Murem Pharaonis*

